



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 84. Articulus ultimus de Quæstoribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

tatur quoad regimen ejusmodi Eccle-<sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 siarum, quæ a summo Pontifice aliis <sup>A. C. 1561.</sup>  
 commissæ, vel commendatæ fuere, qua-  
 propter rursus ad illud medium jam  
 nuper adhibitum recurrebatur, provi-  
 sumque, ut visitandi, hasque Ecclesias  
 inspiciendi potestas Episcopis duntaxat  
 tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis  
 tribueretur.

§. LXXXIV.

*Articulus ultimus de Quæstoribus.*

Cum decimi, atque undecimi articuli <sup>Sarpus l. c.</sup>  
 examen ad tempus, quo de Matri-<sup>p. 483.</sup>  
 monio agendum esset, remitteretur,  
 hinc Patres ad duodecimum, ac post-  
 remum articulum de Quæstoribus trans-  
 ibant: nam cum necessitas peteret Xeno-  
 dochia, Nosocomia, Orphanotrophia,  
 & alia id genus opera pia instituire,  
 neque alius ei rei fundus suppeteret,  
 quam ex fidelium eleemosynis: hinc  
 consultum videbatur, ut viri quidam  
 boni, ac pii provinciam sibi sumerent,  
 eleemosynas eas ostiatim quæritandi:  
 ut vero facilior aditus pateret, fidesque  
 dictis major esset, Episcopi literis testi-  
 monialibus hos quæstores communie-  
 bant: alii autem, qui ab Episcopo ejus-  
 modi licentiam non obtinuerunt, hanc  
 a Pontifice facultatem una cum literis  
 commendatitiis impetrabant, sibi ali-  
 quam

Sæcul. XVI  
A.C. 1562.

quam emolumentum partem adjudicantes, aliam vero personis vilibus, atque infamibus, quas sibi subrogabant, cedentes: denique illiberale hoc hominum genus, ut quæstum facerent uberio-rem, mille artibus, ac fraudibus sacrilegis, atque impiis populo illudebant, indulgentias falsas, ac ficta miracula prædicantes, & iis, qui stipem dare recusabant, cum imprecationibus mala omnia, infortuniaque minitantes; porro his, aliisque impietatibus, omnibus fidelibus odio simul, & offensioni erant: hinc materiam hanc Præsules discutebant, atque de illis corruptelis plurimum discurrentes innumera impie facta commemorabant, ac simul remedia olim frustra tentata, & tunc nihilo magis profutura explicabant, unicuique tantummodo reperiebatur remedium, quod unanimi prope consensu probatum, ejusmodi quæstorum nomen, & usum abolere poterat. Hæc sententia omnibus ferme Patribus ardebat.

§. LXXXV.

*Franciæ Orator datus ad primum Legatum literis Sessionem prorogari petens.*

*Pallav. l. 16.*  
*c. 5. n. 9.*

Hæc cum interea gererentur, Mantuanus Cardinalis primus Papæ Legatus